

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Isocrates.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

I Socrati vero Eloquentiae magistro, statua in columna decreta est ab Atheniensibus: quod octo jam & nonaginta natus annos ab institutione numquam cessavit.

APOLLO AGYIEUS. CAP. XXXIX.

Conspicu fuerant apud Graecos columnæ quædam in co-
ni formam definentes, quas ante fores ergebant Apollini
fasces, ut vero quidam dicunt, Baccho, ut plerique alii, utri-
que: nam idem utriusque nomen esse, ostensum alibi. Hinc
Apollinem Horatius Agyieum nuncupavit. Eas non-
nulli aras vocarunt, sed columnarum omnino habere speciem
non inficiantur. De his apud Sophoclem:

*Ignibus odoris are Agyiena nitent,
Suffici balantes myrra lachrymas barbaro.*

Sed cur non Graecos potius versus apponimus:

*Ἄριπη δὲ ἀγνείδες θεούσις ἀτυχίαν τελεῖ
συλέντες στάλαμψες βαζεῖσθεντες ἐνοσμίας,*

Ea vero de causa Agyieus dicebatur, quod hujusmodi columnæ in compitalibus vicaneisque viis
enig coniueverunt: *ἀριπαὶ* enim viae que ab utraque parte exitus habent.

VICTORIA DE PERSIS. CAP. XL.

Ex cogitatæ etiam sunt columnæ trophyorum vice, qua-
victoriæ ostenderet, cuiusmodi porticus conognitum
Persica Lacedæmoniæ visebatur, victoria illius index, quam
Pausanias Agesipolidos filius conlectus est in Platæo præ-
lio, ubi parva manu ingentes hostium copias profligavit: in
cuius præclaræ facinoris memoriam statuas habitu Persico
pro columnis porticus subjecere.

CARYATARUM OPPROBRIUM. CAP. XLI.

Simile in Caryatas Peloponnesi populos exemplum edi-
tum, quorum mulieres matronali habitu stola quippe ad
pedes usque demissa, in captivitatem abductæ sunt, viris
prius ad unum casu, totius Græcia in eos confipratione facta, quod Persicas partes adversus Gra-
ciæ fecuti essent. Historiam in exemplo posuit Vitruvius.

BELLUM. CAP. XLII.

Aliqua etiam columna belli significatum habuit, ut quæ Romæ olim erat ante Bellona templum:
super quam quotiescumque bellum cuiquam indiceretur, hastam jaciebant, ejus scilicet omnis
causa, quod spes esset per hujusmodi suscepsum bellum, aut
hostes à finibus summovendi, aut ultra præscriptos fines
imperium proferendi. Ea autem columna Bellica dice-
batur.

SECURITAS. CAP. XLIII.

Invenire est in numis aliquot columnam ad securitatem ad-
ditam, ut in ea quem IMP. CÆS. VAL. HOS. MES. QUIN-
TUS AUGUSTUS cusit. Ibi enim muliebre signum mol-
li & enervato habitu stans, læva columellæ innitur, dexte-
ra palma surculum tenet supra verticem exorrectum: in-
scriptio est, SECUR. AUG. Quæ quidem species cum for-
te antiquitus fieri soleret, facile credendum purpureos Ty-
rannos hinc ab Horatio dicos:



*ἀριπαὶ^ē
columnæ
ante foree
fians, in
summa
parte a-
cuta.*



*Persica para-
ticipare.*



*Caryati-
dum nomi-
ne intelligit
statuas mu-
liebres in
columnis:
meminit
Plin. l. 36.
cap. 5.
Columna
bellica.*

*Lib. i. Cap.
Od. 35.*

Fortu-

Kkkk 2